



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CCLXII. Heinrich, Bischof von Verden, ertheilt seinen Dispens zur Aufnahme einer gesetzlich nicht receptionsfähigen Jungfrau als Nonne in das Kloster Diesdorf, am 24. Juni 1422.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CCLXII. Heinrich, Bischof von Verden, ertheilt seinen Dispens zur Aufnahme einer gesetzlich nicht receptionsfähigen Jungfrau als Nonne in das Kloster Diesdorf, am 24. Juni 1422.

Hinricus, dei et apostolice sedis gracia ecclesie verdenfis Episcopus, presentibus publice recognoscimus et protestamur, Quamquam cautum sit prouincialibus statutis, ne presbiteriscide filie in claustris Sanctimonialium recipiantur, tamen a nonnullis veridicis nobis ficit sufficienter declaratum, Quatenus quedam Margareta, cuiusdam Tideken de Ritze, presbiteriscide, filia, vita uirtutibus et moribus approbata toto desiderio deuocionis affectu vitam cupiens ducere monasticam et domino deo sub regulari obediencia seruire et pro suis et suorum parentum peccaminibus, licet pater eius pro suo presbiteriscidio condignam sibi iniunctam in vita sua peregit penitenciam, Nichilominus dicta Margareta, salua sue uirginitatis integritate, In supplementum perfectionis vltroeam se obtulit ad agendam perpetuam in spiritu humiliato et animo contrito penitenciam, ut speratur, salutarem, que faciliter vincit inuincibilem et de tremebundo Iudice facit piissimum patrem. Supplicatum est igitur nobis pro parte eiusdem Margarete, vt nos autoritate nostra ordinaria cum eadem super huiusmodi prouincialibus statutis dignaremur misericorditer dispensare. Nos vero paterna pietate iustis eius precibus ac iugentis deuocionis affectibus acclinati attendentes, dominum deum non fore acceptorem personarum Ipse pater misericordiarum, qui eam voluit, docuit et fecit, volentes eisdem, quantum possumus, obtemperare, vobis, honorabili viro domino Hinrico, preposito In Distorppe nostre verdenfis diocesis, committimus in hac parte vices nostras, Districte precipiendo mandamus, Quatenus prefatam Margaretam virginem, vt religionem valeat intrare et cum aliis sanctimonialibus laudabiliter conuersare, auctoritate nostra habitare seruatis juxta consuetudinem seruandis curetis dispensare, Quam et nos presentibus nostris litteris ad premissa In dei nomine habitamus, restituimus et reintegramus, vt sic religiosi operibus suffragantibus prefata Margareta gratiam et misericordem peccatorum patris ueniam a domino consequi mereatur. In cuius rei testimonium Sigillum nostri Officiatus, quo vtimur, ex certa sciencia presentibus est appensum. Datum Anno domini Millefimo quadringentesimo vicesimo secundo, Ipso die natiuitatis Johannis baptiste.

CCLXIII. Obligation des Klosters Diesdorf für Hans Ymmekote über ein zum Ankauf des Zehnten in Bernebeck gemachtes Darlehn, vom 8. November 1422.

Wy hinricus Schulte, prouest, Elyzabeth greuinghes, priorinne, vnnnd de ghanthe Conuent to distorpe Bekennen openbar vor allwem, dat de erfamen lude hans ymmekote, anna, sin huffrowe, ludeke, ere sone, hebben geleghen vnfen zeleambachte druttich mark vnnnd ses schillinghe lubescher penninghe, dede ghenflicken In vnfen godefhus nud gekert sin, alsē vor den tegeden to Bernebeke vmme truwe vnnnd dinste willen, de se vnfen godefhusē hir ane ge-